Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

operatione in mensura uniuscuiusq; membri augmentum corporis fa
cit in edificatione sui in karitate. In fine rerum cum dm facie uidere
cepimus ad faciem. et in mensura peuenimus etatis plenitudinis xpi.
de cuius plenitudine nos omnes accepimus. ita ut xpus non ex parte sit s;
totus in nobis. et relicta infantia paruuloq; creuerimus in eum uirum de
pphcia q̃ ait. ecce uir oriens nomen eius. et iohes baptista commemorat. p
me uenit uir q̃ ante me factus est qm ante me erat. ut in occursu
unius fidei et unius agnitionis filii dei que ne p uarietate mentium
non una nec eadem fide et agnitione cognoscimus totum corpus qd prius
dissipatum fuerat et in diuisa laceratum in sua conpage iunctura q;
redigere. ita ut una subministratio eadem q; operatio. et unius etatis con
sumata perfectio totum crescere faciat corpus equaliter et omnia membra
iuxta mensuram suam incrementum etatis accipiant. Hec autem tota edi
ficatio per quam ecclesie per partes corpus augetur. mutua inter karitate
conplebitur. totas rationabiles creaturas sub uno rationabilis ani
malis intellegamus exemplo. et qdcuq; diximus de huius membris
et partibus. hoc sciamus et referendum ad unam quamq; rationabilem crea
turam. Putemus hoc animal ita per artus uenas carnesq; laceratum ut
nec os ossi hereat. nec neruus iungatur ad neruum. separatum oculum ia
ceant. seorsum naris. manus alium locum tenent. in alium proiecti sint pedes.
et reliqua membra in hunc modum inter se dispersa sint et diuisa. finge
aliquem uenire tamen scientem medicum q̃ iuxta fabulas et hicorum
esculapium possit immutari. et in noua figura nouum nomen urbium
suscitare. hic necesse habebit unumquodq; membrum suo loco restituere
et conpagem copulare conpagem. et quodcumq glutino partibus restituatur
unum corpus efficere. Huc usq; nobis una similitudo pecsiterit. nunc
eadem similitudine ad id qd intellegi uolumus aliud trahatur exem
plum. Paruulus crescat et occulto eius in perfecta adolescat etate.
suum manus habebit augmentum. sua pedes sentient incrementa.
uenter dum nescimus impletur. humeri dum fallunt oculi dilatantur et
omnia membra per partes iuxta mensuram suam sic crescunt ut tam
non sibi s; corpori uideantur augeri. Ita g̃ et in restauratione omnium